



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

DE MENSURA ORBIS TERRAE

A


GVSTAVO PARTHEY


RECOGNITVS.

BEROLINI

IN AEDIBVS FRIDERICI NICOLAI
(A. EFFERT & L. LINDTNER).

1870.





404.
DICVILI

LIBER

DE MENSURA ORBIS TERRAE

GVSTAVO PARTHEY

RECOGNITVS.


BEROLINI
IN AEDIBVS FRIDERICI NICOLAI
(A. EFFERT & L. LINDTNER).

1870.

G
120
.D54
1870

**LETRONNII
M A N I B V S
SACRVM.**

384502



PRAEFATIO.

Liber de mensura orbis terrae, a Dicuilo Hiberniae monacho anno post Chr. n. 825 conscriptus, in bibliothecarum membranis diu latitans, primum integer editus est e codice Parisiensi 4806, saec. x, a Carolo Athanasio Walckenaer (Parisiis 1807) paullo post (anno 1811) A. Letronnius, adhibitis tribus aliis codicibus

- 1) Parisiensi Lamoniano 9661, suppl. lat. 671,
- 2) Gaddiano postea Laurentiano, quem inspexit Targionius Tozettius,
- 3) Veneto Marciano, quem excerpsit Morrellius,

Dicuili libellum denique excudi curavit, uberimoque commentario auxit, quo non solum Dicuili aetatem, orthographiam, fontes tractavit, sed etiam magna cum eruditione de fossa

Hadriani Nilum inter et sinum Arabicum, de magnae pyramidis altitudine, de priscis Jslandiae incolis, de mari Jonio, Adriatico, Tyrrheno disseruit.

Divenditis autem utriusque editionis exemplaribus haud e re mihi visum est, ope codicis Dresdensis (D. 182) optimae notae, ante hos viginti et tres annos a me excussi, novam Dicuili editionem viris doctis proponere.

De Dicuili scriptis pauca praemonenda sunt. praeter librum de mensura orbis terrae epistulam composuit de quaestionibus decem artis grammaticae, quam ipse memorat, (prol. 1) edi curavit Prisciani partitiones duodecim versuum Aeneidos principalium, quae continentur codice Leidensi Vossiano 33. (Priscian. ed. Keil, t. 2 p. 389. 390).

Libellus de mensura orbis terrae refertus est variis auctorum nominibus, quorum hic sequitur elenchus: Agrippa, Artemidorus, Augusti chorographia, Caesaris cosmographia, Clitarchus, Dicaearchus, Ephorus, Eudoxus, Fabianus, Fidelis frater, Hecataeus, Herodotus, Homerus, Jsidorus Hispalensis, Juba, Onesicritus, Orosius, Philemon, Plinius, Priscianus, Pytheas, Sedulius, Servius, Solinus,

Staius Sebosus, Theodosii missi vel metatores, Thucydides, Timosthenes, Virgilius, Xenophon Lampsacenus.

Horum auctorum magna pars cum ex Solino citetur, Solinus autem ex Plinio hauserit, pauca tantum sibi propria remanere Dicuilo facile intellegitur. praeter Augusti chorographiam et Caesaris vitiatam cosmographiam nonnisi Isidorum Hispalensem, Plinii libros priores sex, Priscianum, Solinum et Theodosii missorum opus evolvisse videtur Dicuil. neque in excerptis scriptoribus antiquis satis accurate versatum esse Dicuilum paucis exemplis ostendam.

Plinii librorum haud raro falsi indicantur numeri, immo legitur (6, 27) 'sed Plinius Secundus altero nomine praedictum stagnum nominat, *quod nunc obliviscor*'. in initio operis (prol. 4) dicit Dicuil 'ubi in libris Plinii Secundi corruptos absque dubio numeros fieri cognovero, loca eorum vacua interim fore faciam, ut si non invenero certa exemplaria, quicumque repererit emendet'. paullo post autem, finita mensuratione orbis terrae (6, 1) habet 'iuxta Plinium Secundum numerorum loca, quae in prologo praedixi relinquere

vacua, repertis illis snpplevi. sed si quisquis meliora exemplaria invenerit, videat si placuerit, ne piger corrigere fuerit'.

In Indiae descriptione (6, 28) ex Solino allegatur 'minima Gangis latitudo per VIII m. passuum, maxima per XX patet'. postea (7, 36) ex eodem Solino affertur 'de latitudine Gangis fluminis et Euphratis, quam in isto libro scripsit, dubitans taceo'.

Ubi emendationes manifestas habet Dicuil, in incerto relinquitur, utrum melioribus codicibus an auctoris ingenio debeantur. Solinus (32, 8) de Nilo fluvio perperam refert 'septem ostiis conditur, in *meridiem* versus excipitur Aegyptio mari'. idem error occurrit apud Jsidorum Hispalensem (13, 21, 7) 'apparet autem in Nilide lacu, de quo in *meridiem* versus excipitur Aegypto'. recte autem Dicuil (6, 11) 'in *septentrionem* versus excipitur Aegyptio mari.

Alio loco (9, 6) acrius impugnat Solini (24, 8) opinionem de Atlante monte 'quod ultra nūbila caput condit, et quod vertex eius semper nivalis'. cui sic adversatur Dicuil 'si vertex eius semper nivalis est, transcendere semper nubes non potest, et si nubes

semper altitudo eius excedit, non solum nunquam tegi, sed nec tangi nivibus valet'.

Solini (22, 9) assertionem de insula Thyle 'in qua aestivo solstitio sole de Cancris sidere faciente transitum nox nulla, brumali solstitio perinde nullus dies' comprobat Dicuil (7, 10) narratione clericorum quorundam, a kalendis Februarii usque ad kalendas Augusti in illa insula degentium, qua narratione recte perpensa dubium nullum esse potest, Islandiam insulam sub finem saeculi octavi a clericis hibernicis visitatam fuisse. (Letr. p. 133 sqq.)

Letronnii disquisitiones de cosmographia Caesaris et de missis Theodosii, in commentario (pag. 25 et 31) promissae, cum lucem non viderint, pauca de iis dicenda sunt.

Cosmographiae, quae sub Julio Caesare et Marco Antonio consulibus facta est, et nuper in Dicuili manus venit, (6, 20 et 37) adulteratum fuisse exemplar facile intellegitur. Dicuil enim in cosmographia notitiam reperit, partem Nili fluminis exire in Rubrum mare iuxta civitatem Olivam et castra Moysis, (6, 20) nemo autem Moysis castra in genuina Caesaris cosmographia quaerat. reliqua fere omnia ex cosmographia a Dicuilo allegata,

apud Aethicum et Julium Honorium leguntur. enumeratio marium, insularum, montium cet. (Dic. 8, 26—30) iisdem verbis sed mutato ordine habetur apud Aethicum (p. 706. 711. 717. 720 Gron.) sed Aethici verba sensu carent, cum dicat 'orientalis *oceanus* habet maria — insulas — montes'. recte Dicuil 'orientalis *pars* habet maria — insulas — montes'.

Alio loco Dicuil ab Honorio corrigitur. refert Dicuil (7, 23) 'in praedicta cosmographia legitur esse insula Solis quae appellatur *Petrusca*, ubi Ganges intrat in mare'. apud Honorium (p. 601 Gron.) inter Oceani orientalis insulas recensetur 'Solis *perusta* insula'.

Multas autem Diculi allegationes e cosmographia desumptas apud Plinium, Solinum, Aethicum, Honorium, reliquos antiquitatis geographos frustra quaesivi.

Maioris momenti excerpta sunt ex opere missorum Theodosii deprompta.

Multo antequam Diculi liber integer a Walckenaerio publicatus esset, duodecim versus heroici missorum Theodosii (5, 4) eruditibus innotuerant. meminit eorum Marcus Velsers in epistula ad Josephum Scaligerum

anno 1599 data, eosque cum Matthia Radero communicavit, a quo in historia Theodosii iunioris, Monachii 1614 edita, publici iuris facti sunt; paullo post Jacobus Gothofredus e codice Parisiensi 4806, a se inspecti, typis eos mandavit in comment. ad l. 10 cod. Theodosiani de metatis. alia quibus versus isti offenduntur opera recensuit Gerardus Meermannus. (Burmann anthol. lat. t. 2 p. 392) e Gothofredo citantur a Wesselingio in praefatione ad Jtineraria ... 'quod ipsum evidenter liqueret, si plura ex illis schedis Jac. Gothofredus excerpisset; editas enim habemus, ut contendendi sit facultas, ab Emm. Schelstrateno t. II Ant. Eccles. p. 525'. ibi autem legitur 'Dimensuratio provinciarum e codice Vaticano 244', neque hoc loco neque in toto Schelstrateni libro sermo est de missis Theodosii vel de duodecim istis versibus, quare fides habenda Meermanno asserenti de Schelstrateni opere 'quo libro nec Wesselingio nec mihi potiri licuit'.

Salmasius missorum Theodosii mentionem fecit aliquoties in exercitationibus Plinianis. Fr. Christophorus de Scheyb in praefatione

ad Tabulam Peutingeranam (1753. p. 25) excerpta nonnulla Schöpflini e Dicuili codice Parisiensi 4806 typis expressit. denique duodecim versus heroici leguntur apud Wernsdorfium poet. lat. min. t. 5, 1 p. 533.

Terrae mensuram a Theodosio institutam cum praeter Dicuilum nemo memoret, dubium fuit, an Theodosius I aut II operis auctor habendus sit; identidem ambigebatur, an versus 7 'ter quinis aperit cum fascibus annum' ad consulatum aut ad imperatoris regnum spectet. Meermannus 'fascibus' mutavit in 'fastibus', adhibito Lucani versu (10, 187)

Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.

Sed nihil mutandum. apud Dicuilum 'fascibus' ab omnibus tuetur codicibus, et simili modo apud Aethicum (p. 705 Gron.) legitur 'Caesar cum consulatus sui fasces erigeret'. si igitur fasces de consulatu usurpare quis velit, versus septimus non ad Theodosium I referendus, quater tantum consulatu functum, sed ad Theodosium II, quintum decimum consulatum anno 435 p. C. n. ineuntem.

Hanc dubitationem sustulerunt Dicuili verba, in initio operis (1, 1) posita 'in quinto-

decimo anno *regni* imperatoris Theodosii praecepit ille suis missis provincias mensurari', sed de imperatore nihil certi affirmari potest. Theodosii I annus decimus quintus incidit in annum 393 p. C. n., Theodosii II in annum 422.

Theodosium I, Magni cognomine insignitum, biennio ante mortem totius orbis mensurationem decrevisse, a vero haud alienum esse videtur; eo spectant v. 1 'quo mundi summa tenetur', v. 5 'totus quem vix capit orbis'. v. 10 'totum comprehendimus orbem'. missorum autem versus duodecim (5, 5) non nisi ad tabulae confectionem esse referendos liquet; ingens mensurationis labor nequaquam 'mensibus exiguis' (v. 9) finire poterat. tabulam istam coloribus distinctam fuisse docet versus 8 'dum scribit pingit et alter'. quae versu 9 memorantur 'veterum monumenta' pertinere videntur ad Augusti chorographiam et ad tabulas geographicas Ptolemaei, cuius in Dicuili opere nullam extare mentionem iure mireris.

In emendando Dicuili libello usui mihi fuerunt codices tres:

D = Dresdensis Regius D. 182. membraneus, scriptus circa annum millesimum, de quo cf. praefat. ad Jtiner. Antonini edid. Parthey et Pinder pag. xviii. xix. hunc codicem ipse excussi.

P = Parisiensis Imperialis 4806, membraneus, saec. x, a Walckenaerio et Letronnio adhibitus, rogatu meo a Paulo Meyer denuo inspectus.

V = Venetus Marcianus. Classis x. cod. lxxxviii (xcvii. 2.) membraneus, saec. xv, quem Josephus Müller cum Letronnii editione accurate contulit.

Horum codicum auctoritatem ubi deseruerim in notis indicavi.

Reliquos serioris aevi et minoris pretii codices in auxilium vocare haud operae pretium visum est; sunt fere hi:

Matritensis Q. 129. saec. xiv vel xv. cf. praef. ad Jtin. Anton. p. xx,

Monacenses tres:

- a) Palatinus 291, anni 1542,
- b) Victorianus 99, anni 1436,
- c) Jesuiticus 13, saeculi xvi,


Oxoniensis Canonicianus, saec. XV,
 Romanus Barberinianus 809, saec. XVI,
 Vindobonenses tres:

- a) Endlicher 331, saec. XVI,
- b) Endlicher 332, saec. XVI,
- c) Endlicher suppl. 14, saec. XV.

Dabam Berolini,
 mense Octobri 1869.

Gustavus Parthey.

DICVILI
LIBER DE MENSURA ORBIS TERRAE.



INCIPIT PROLOGVS LIBRI DE MENSURA ORBIS TERRAE.

- 1 **P**ost congregatam epistolam de quae-^{Prol.}
 2 stionibus decem artis grammaticae cogi-¹
 3 tavi ut liber de mensura provinciarum or-
 4 bis terrae sequeretur, secundum illorum
 5 auctoritatem quos sanctus Theodosius im-
 6 perator ad provincias praedictas mensuran-
 7 das miserat, et iuxta Plinii Secundi prae-
 8 claram auctoritatem ipsarum dimensionem
 9 volo supplens ostendere.
 10 Sed duabus causis contra temporum
 11 rationem scripturam missorum Theodosii
 12 verbis Plinii Secundi ordine scribendi prae-
 13 pono, eo quod illi in duodenis novissime
 14 versibus diligentius antiquis fecisse affir-
 15 mant et quod exemplaria codicum natura-
 16 lis historiae Plinii Secundi, quae scrutatus

2 decim *D* 8 provinciarum] sic *P*, prouinciarum *DV*;
 in sequentibus *DP* plerumque prouintia, *V* nonnunquam
 etiam prouincia, quod semel monuisse sufficit. 8 dimis-
 sionem *DV*

- fui, nimis a scriptoribus ultimorum tem- 1
porum dissipata praevidi. 2
- Prolog. 3 Sermones quidem praedictorum misso- 3
rum, quia nimis vitiose scripti sunt, quan- 4
tum potero corrigere curabo. 5
- 4 At ubi in libris Plinii Secundi cor- 6
ruptos absque dubio numeros fieri cogno- 7
vero, loca eorum vacua interim fore fa- 8
ciam, ut, si non invenero certa exemplaria, 9
quicumque reppererit emendet. nam ubi 10
dubitavero utrum certi nec ne sint numeri, 11
sicut certos crassabo, ut praedictus quis- 12
quis veros viderit veraciter corrigat. 13
- 5 Nulli stuporem praebere debet, quando 14
numerus milium inter Plinium Secundum 15
et missos imperatoris dissentit. quoniam 16
illi, sicut praedixi, quod intentius vere hoc 17
opus perfecerunt quam veteres, testantur. 18
- 6 I. de Europa. 19
II. de Asia. 20
III. de Africa. 21

4 nimis] *sic Walck.*, minus *codd.* 5 potuero *D V*
6 7 corruptus *codd.* 10 reppererit] *sic D P Walck.*,
repererit *Letr.* || emende *V* 12 certos crassabo]
sic codd., certos crassabor *Walck.*, caeteros cassabo
Hase, Roquefort, Letr. 12 13 praedictus quisquis
veros viderit] si quisquis meliora exemplaria invenerit. 6, I.
13 uero (*corr. pr. man. ueros*) *D* 15 milium] *sic D V*
Walck., millium *Letr.*; et sic porro 17 praedixit *D*

- 1 IV. de Aegypto atque Aethiopia cum Prol.
 2 illius insulis. (6)
 3 V. de longitudine ac latitudine orbis
 4 terrae versibusque missorum.
 5 VI. de quinque fluminibus et aliis.
 6 VII. de aliquibus nominatim insulis.
 7 VIII. de latitudine et longitudine Tyr-
 8 rheni maris.
 9 IX. de sex montibus.
-

- 10 In quinto decimo anno regni impera- 1,1
 11 toris Theodosii praecepit ille suis missis
 12 provincias orbis terrae in longitudinem et
 13 latitudinem mensurari.
 14 Terrarum orbis tribus dividitur nomi- 2
 15 bus, Europa, Asia, Libia: quod divus Au-
 16 gustus primus omnium per chorographiam
 17 ostendit.
 18 Principium ergo erit omnibus ab Eu- 3
 19 ropae freto quemque locum Graeci Hera-
 20 cleostelas appellant. Hispaniarum igitur

1 egypto *V* et sic in sequentibus || ethiopia *V* et sic
 porro 3 ac] at *D* 7 8 tyrreni *D*, terreni *V*
 15 Libia] sic codd., Lybia Walck., Libya Letr. || quod]
 quem *DV* 16 chorographiam Letr. 19 20 Hera-
 cleostelas] heracleos telas *DV* Walck.

provinciae tres ex eo loco ad montes Pyr- 1
reneos per milia passuum DCCCC in longi- 2
tudinem porriguntur. eademque latitudo 3
in austro. sed qua contrahitur CCC pas- 4
suum videtur ita proxima a Pyreneis 5
montibus. 6

1,4 Citerior Cordubensis Bethica. prima 7
itaque provincia finitur ab oriente saltu 8
Cartaginiensi et Aquitania, ab occidente 9
oceano, a septentrione flumine Ana, a me- 10
ridie mari Celtiberico. 11

5 Hispania Lusitania cum Asturica et 12
Galletia finitur ab oriente Noecantrum, 13
quae est ad mare oceanum in directa re- 14
gione, ab occasu afflatacum, a septentrione 15
oceano, a meridie flumine Ana. patet in 16
longitudinem milia passuum CCCCLXXX, in 17
latitudinem CCCCL. 18

1 2 Pyreneos] *sic D*, pyrenaeos *P*, pyreneos *V*
2 3 longitudine *DV* 3 porrigitur *P* 4 qua]
quia *DV* 5 Pyreneis] *sic D Walck.*, pyrenaeis *P*,
pyrenaeis *V Letr.* 7 Citerior] *ulterior Letr.* || Bethica]
sic DV Walck., baethica *P*, Baetica *Letr.* 8 saltu]
situ *Letr.* 9 Cartaginiensi] *sic DP Walck.*, cartagi-
nensi *V*, Carthaginiensi *Letr.* || Aquitania] Mavitania
Letr. 10 septentrione *D et sic porro* 13 Galletia]
sic DP, gallecia *V*, Gallætia *Letr.* || Noecantrum] Noica
Cantabrum *Voss.*, Noica Asturum *Letr.* 14 directa]
dicta *Voss.* 15 afflatacum] *sic DP*, afflatu cum *V*,
afflata *Walck.*, Atlantico *Voss. Letr.*

- 1 Hispania ulterior finitur ab oriente saltu
 2 Pyrreneo, ab occidente Noica quae est ad
 3 oceanum in directa, a septentrione oceano,
 4 a meridie mari Celtiberico. longitudo D,
 5 latitudo CC.
- 6 Gallia Comata cum insulis Britannicis 1,6
 7 finitur ab oriente flumine Rheno, ab occi-
 8 dente Pyrreneo, a septentrione oceano mari,
 9 a meridie Rhodano et montibus Cebenni-
 10 cis. longitudine mil. pass. DCCCCXXVIII, la-
 11 titudine CCCLXIII. iuxta Plinium Secun-
 12 dum in quarto libro in longitudinem
 13 DCCCCXX, in latitudinem CCCVIII.
- 14 Provincia Narbonensis finitur ab oriente 7
 15 Alpibus, ab occidente saltu Pyrreneo, a
 16 septentrione finibus Viennensium et monti-
 17 bus Cebennicis, a meridie mari Gallico.
 18 longitudo milia passuum CCCXXXIV, latitudo
 19 CLXXXVIII. iuxta Plinium Secundum in
 20 eodem longitudinem provinciae Narbonensis
 21 CCCLXX passuum Agrippa tradidit, latitu-
 22 dinem CCCXLVIII.

1 ulterior] citerior Letr. 2 Pyrreneo] sic DV Walck.,
 pyrrenaes P, Pyrenaes Letr. et sic deinceps 4 mari
 om. editi || longitudo om. codd., add. Letr. || post D
 editi addunt m. p. 5 post CC Walck. add. m. p.
 6 Britannicis] sic codd., Britannicis Letr. 9 Rhodano V
 10 mil. pass. om. Letr. 11 Plinium] cf. Plin. 4, 105,
 ubi numeri a sequentibus diversi leguntur. 13 latitu-
 dine D 15 occidentem D 21 passuum om. Letr.
 || Agrippa] apud Plin. 3, 37.

- 1,8 Jtalia finitur ab oriente mare Ponto, 1
 ab occidente Alpibus et flumine Taro, a 2
 septentrione mari Adriatico et flumine Arsia, 3
 a meridie mari Tyrrhenico. longitudo de- 4
 cies centum, latitudo ccccx, qua contra- 5
 hitur lx, iuxta Plinium Secundum in eodem. 6
- 9 Jtalia dein primumque eius Liguria, 7
 mox Etruria, Umbria, Latium: ibi Tybe- 8
 rina ostia et Roma terrarum caput xvi mi- 9
 lium passuum intervallo a mari. Volscum 10
 postea litus et Campania: Picentinum inde 11
 ac Lucanum Brutuumque, quo longissime 12
 in meridiem ab Alpium pene lunatis iugis 13
 in maria excurrit Jtalia. ab eo Graeciae 14
 ora, mox Salentini, Peduculi, Apulii, Pe- 15

1 mare Ponto] mari Jonio Letr. 2 Taro] sic DP Walck., tare V, Varo Letr. 4 tyrrhennico D Walck., tirrenico V 4-6 longitudo — eodem] accuratiores sunt numeri infra (6, 18 sqq.) e Plinio allegati. 5 6 post numeros editi addunt m. p. 7 Jtalia — p. 9, 3 Liburni] ef. Plin. 3, 38 7 dein — Liguria] dehinc primique eius Ligures. Plin. 8 et truria DV || umbra V 8 9 Tyberina] sic DV Walck., tyberiana (corr. tyberina) P, Tiberina Letr. 9 10 millium addidi e Plinio. 10 Volscorum Letr. cum Plinio 11 Campaniae Letr. cum Plinio. 12 ac] ad V || Brutuumque] brutuum que D, brutuum que PV, Brutiumque Walck., Brutiumque Letr. cum Plinio 13 pene] sine Walck. || lunatis] sic editi, lucratiss DV, luratis P 14 Jtalia] sic editi, italiae DP, italie V || eo] sic Letr., ego codd., Egeo Walck. || Graeciae] sic DP, grecie V, Graeciae editi, et sic porro. 15 mox] morum V || Peduculi Letr. cum Plinio

- 1 ligni, Freniani, Marrucini, Vestini, Abini,
 2 Picentes, Galli, Umbri, Tusci, Veneti, Carni,
 3 Lapudes, Histri, Liburni.
 4 Jdem post pauca: longitudo Jtaliae de- 1, 10
 5 cies centena et xx mil. passuum. multo
 6 amplior mensura fieret Lacinium usque, ni
 7 talis obliquitas in latus digredi videretur.
 8 latitudo eius varia est, ccccx milium inter
 9 duo maria, Inferum et Superum, amnesque
 10 Varam atque Arsiam.
 11 Rhetia minor, Noricus, Pannonia, Jlli- 11
 12 ricum, Dalmatia, Liburnia finiunt ab oriente
 13 Dardania, ab occidente flumine Rheno, a
 14 septentrione flumine Danubio, a meridie mari
 15 Adriatico. longitudo m. pm. DCXXXIII, lati-
 16 tudo CCCXXI.
 17 Epirus, Achaia, Attica, Thessalia. hae 12
 18 finiuntur ab oriente mari Aegaeo, ab occi-
 19 dente mari Adriatico, a septentrione mon-
 20 tibus Cercerio, Olympo, Pelio, a meridie

1 Freniani] sic DV Walck., frenāni P, Frentani Letr.
 cum Plinio || uestim V || Abini] Sabini Letr. cum Plinio
 3 Lapudes] Japydes Letr. cum Plinio 4 Jdem] cf.
 Plin. 3, 43 5 mil. om. codd. 6 Lacinium] sic editi
 cum Plinio, si a Lacinio codd. 10 Varam] Varum
 Letr. cum Plinio 11 Rhetia] sic DP, rhecia V, Rethia
 Walck., Rhaetia Letr. || mitior D, micior V 11 12 Jll-
 iricum] sic DV, illyricum reliqui 18 reno V 17 Epi-
 rus] sic editi, Pyrus DV, pirus P || thessalica DV || hec, V
 18 egeo DV 19 hadriatico DP 20 Cercetio Letr.

- ab Egeotusco mari. patens in longitudi- 1
nem m. p. CCCCX, in latitudinem CCCLXXV. 2
iuxta Plinium Secundum in quinto in lon- 3
gitudinem m. p. CCCCXXX, in latitudinem 4
CCCLXXXVII. 5
- 1, 13 Macedonia, Tracia, Hellespontus et pars 6
sinistrius Ponti. haec finiuntur ab oriente 7
mari Pontico, ab occidente desertis Dar- 8
daniae, a septentrione flumine Histro. pa- 9
tent in longitudinem m. pm. DCCXX, in la- 10
titudinem CCCLXXXI iuxta Plinium Secun- 11
dum in eodem. 12
- 14 Promuntorium Crysonae aeras, in quo 13
oppidum Byzantium liberae conditionis, 14
antea Logos dictum, abest a Dyrrachio 15
DCCXI passuum. tantum patet longitudo 16
terrarum inter Adriaticum mare et Pro- 17
pontidem. 18

1 Egeotusco] sic P, eutusco D, eutusio V, Aegaeotusco Letr. || patent P editi 3 Plinium] mensuras sequentes apud Plinium frustra quaesivi 4 m. p. om. PV || CCCCXXX in latitudinem om. V 6 Tracia] sic DV, thrachia P, Thrachia Walck., Thracia Letr. 7 sinisterior DV || hec D, he V 9-12 patent-eodem] apud Plinium non leguntur 9 10 patens DV 10 longitudo V || m. pm.] mp V 13-18 cf. Solin. 10, 17 18 Promuntorium] sic PV, promuntorium D, Promontorium Letr. || Crysonae aeras] sic DP, crusonae aenas V, Chryseon Ceras Letr., Ceras Chryseon Solin. 14 librae D, libe PV 15 Lygos Letr. cum Solino 16 passuum om. V 17 adriaticum D

- 1 Germania omnis et Gothia fipiuntur ab 1, 15
 2 oriente flumine Hiustia, ab occidente flu-
 3 mine Rheno, a septentrione oceano, a me-
 4 ridie flumine Danubio. patens in longi-
 5 tudinem m. pm. circiter DCCC, in latitudi-
 6 nem CCCLXXXIII.
 7 Datia et Alania finiuntur ab oriente 16
 8 desertis Sarmatiae, ab occidente flumine
 9 Hiustia, a septentrione oceano, a meridie
 10 flumine Histro. patens in longitudinem
 11 decies centum milia, latitudo qua cogno-
 12 scitur CCCLXXXVI, iuxta Plinium Secundum
 13 in secundo.
 14 Agrippa totum eum tractum ab Histro 17
 15 ad oceanum bis decies centum milium pas-
 16 suum in longitudine, quattuor CCCC milibus
 17 in latitudine ad flumen Hiustia a desertis
 18 Sarmatiae prodidit.
 19 Sarmatia, Scithia, Taurica. hae finiun- 18

1 omnis et] omnisque *D V* || Gotthia *Letr.* 2 Hiustia]
 Vistla *Letr.* 3 reno *V* 4 patent editi 7 Datia]
sic P, dathia *DV*, Dacia *Letr.* 8 samartie *V*
 9 Hiustia] Vistla *Letr.* 10 patens—13 secundo] *apud*
Plinium non leguntur 10 patent editi || longitudine *D V*
 12 post cognoscitur editi *add. m. p.* 14 Agrippa —
 18 prodidit] *Plin. 4, 81* 14 eum] *ee i. e. esse V*
 15 deciens *Plin.* 16 quattuor CCCC milibus] *iv CCCC mi-*
lium Plin. || quattuor] *sic D*, quatuor *reliqui* 17 Hiustia]
 Vistlam *Letr. cum Plinio* 18 sarmacie *V* 19 sar-
 macia *V* || Scithia] *sic dedi*, scythia *codd. et editi* || hae]
 hec *V*

tur ab oriente iugis montis Caucasi et mari 1
 Caspio, ab occidente flumine Boristhene, 2
 a septentrione oceano, a meridie provintia 3
 Pontica. longitudo m. p. DCCCCLXXX, la- 4
 titudo DCCXV. 5

1, 19 Armoenia maior et mare Caspium quae 6
 circa gentes sunt ad oceanum, finiuntur ab 7
 oriente oceano Serico, ab occidente iugis 8
 montis Caucasi et mari Caspio, a septen- 9
 trione oceano, a meridie monte Tauro. in 10
 longitudinem m. p. CCCCLXXX, in latitudi- 11
 nem CCLXXX. 12

2, 1 Asiae pars citerior finitur ab oriente 13
 litoribus Asiae, ab occidente Grecia, a 14
 septentrione mari Aegeo, a meridie Cre- 15
 tico et Carphatico. longitudo m. p. DCC, 16
 latitudo CCCC. 17

2 Asiae pars superior finitur ab oriente 18
 Armoenia minore, ab occidente finibus 19
 Phrigiae, Licaoniae, Pamphiliae, a septen- 20

2 Boristhene] *sic dedi*, boristene *codd.*, Borysthene
 Letr. 6 Armoenia] *sic DP*, armenia *V Letr.* || *ante*
quae Salm. et Letr. add. et 9 montibus *D V* 13 ci-
 teriae *D* 14 litoribus] finibus *Salm. Letr.* || *post Asiae*
Letr. add. superioris 15 Aegeo] *sic DP*, egeo *V*,
 Aegaeo *Letr. et sic deinceps* 16 Carphatico] *sic PV*,
 carphatico *D*, Carpatico *Letr.* 19 Armoenia] *sic P*,
 armeni: *D*, armenia *V Letr.* || minore] unore (*corr.*
munore) *D* 20 phrrgiae *D*, phrygie *PV*, Phrygiae
editi || Licaoniae] *sic PV*, lycaoniae *reliqui* || Pamphyliae
Letr.

1 trione provintia Pontica, a meridie mari
 2 Pamphilico quod inter Cyprum et Ciliciam
 3 est. longitudo m. pm. DXXX, latitudo
 4 CCCXX, iuxta Plinium Secundum in quinto.

5 Et quae proprie vocatur Asia, in duas 2, 3
 6 eam partes Agrippa divisit. unam in-
 7 clusit ab oriente Phrigia, Licaonia, ab oc-
 8 cidente mari Aegeo. huius longitudinem
 9 CCCCLXX, latitudinem CCCXX fecit. alteram
 10 determinavit ab oriente Armoenia minore,
 11 ab occidente Phrigia, Licaonia, Pamphilia,
 12 a septentrione provintia Pontica, a meridie
 13 mari Pamphilico: longitudinem DLXXV m. p.,
 14 latitudinem CCCXXV.

15 Syria finitur ab oriente flumine Eu- 4
 16 phrate, ab occidente mari Aegypto, a se-
 17 ptentrione mari quod inter Cyprum et Sy-
 18 riam est, a meridie Arabia quae est inter
 19 mare Rubrum et sinum Arabicum. huius

2 Pamphylico Letr. 3 longitudo - 4 quinto] *apud Plinium non leguntur* 5 - 14 cf. *Plin. 5, 102* 5 et quae] atque (*corr. sec. man. ea que*) V 6 eam om. P 7 phrygia P Letr. || Licaonia] *sic dedi*, lycaonia *codd. et editi* 8 mare DP || *post Aegaeo legitur apud Plinium a meridie Aegypto, a septentrione Paphlagonia* 9 *post CCCCLXX Letr. add. m. p.* 10 Armoenia] *sic DP, armenia V Letr., et sic in sequentibus* 11 Phrygia *editi* || Licaonia] *sic V, licaonica DP, Lycaonia editi* || Pamphilia] a pamfilia DV 13 Pamphylico Letr. || longitudem] *longam Plin.* || m. p. om. PV 14 latitudinem] *latam Plin.* 15 16 eufrate DV

- spacium patet in longitudinem CCCCLXX, 1
in latitudinem CLXXV. 2
- 2, 5 Arabia Eudemon Plecmea inter duos 3
sinus, Arabicum et Persicum, itemque citra 4
Arabicum Trogoditen Arabiam Aegypto 5
proxima. hae finiuntur ab oriente solis 6
sinu Persico, ab occidente Nilo, a septen- 7
trione Pharon et Vab Arabia, a meridie 8
oceano Erithro. patet in longitudinem m. 9
pm. decies centum LX, in latitudinem 10
DCCCLXXX. 11
- 6 Mesopotamia, Babillonia, Chaldea finiun- 12
tur ab oriente flumine Tigri, ab occidente 13
flumine Euphrate, a septentrione monte 14
Tauro, a meridie mari Persico. longitudo 15
m. p. DCCCC, latitudo CCCLX: iuxta Plinium 16
Secundum eadem mensura est. 17
- 7 Moedia, Parthia, Persis finiuntur ab 18
oriente flumine Jndo, ab occidente flumine 19

1 spacium] sic V, spatium reliqui || longitudine PV
2 latitudine PV 3 Eudaemon Letr. || Phlecmea Walck.
Phlegmaea Letr. 5 Trogodyte Walck., Trogo-
dytis Salm. Letr. || Arabia editi 8 Pharan Letr.
|| Vab] Petraea Salm., Nabathaea Letr. 9 Erithro]
sic DP, erithro V, Erythraeo Letr. || longitudine codd.
9 10 m. pm.] milia passuum Walck., millia passuum
Letr. 10 latitudine codd. 12 Babillonia] sic DP,
babilonia V, Babylonia Letr. || Chaldae Letr. 13 trigri D
15 longitudo - 17 est] apud Plinium non leguntur
18 Moedia - p. 15, 4 est] cf. Agrippa apud Plin. 6, 137;
sed discrepant numeri 18 Moedia] sic DP, media V
editi || parthia D

1 Tigri, a septentrione monte Tauro, a me-
 2 ridie mari Rubro. longitudo m. pm. DCCCCXX,
 3 latitudo CCCCXXI: iuxta Plinium Secundum
 4 eadem mensura est.

5 India ulterior finitur ab oriente flu- 2, 8
 6 mine Gange et oceano Indico, ab occi-
 7 dente flumine Indo, a septentrione monte
 8 Tauro, a meridie oceano Indico. longi-
 9 tudo decies centum milia, latitudo tri-
 10 gies xxx.

11 Gaulalia et Mauritania finiuntur ab 3, 1
 12 oriente flumine Amsaga, ab occidente
 13 oceano Atlantico, a septentrione mari
 14 Africo, a meridie mari oceano Aethiopico.
 15 in longitudinem m. p. CCCCLXII, in latitu-
 16 dinem duodecies xxx. iuxta Plinium Se-
 17 cundum in tertio utriusque Mauritaniae
 18 longitudo m. p. CCCCLXXX, latitudo CCCLXVIII.

19 Numidia et Africa Cartaginensis finiun- 2
 20 tur ab oriente Syrta minore, ab occidente
 21 flumine Amsaga, a septentrione mari Africo,

1 trigri D 6 Gange] grande DV 6 ab occidente
 - 8 Indico] om. V 9 10 trigies (c supra g) V
 11 gaulia P 12 Amsaga Letr. 13 Atlantico Letr.
 15 longitudine codd. 15 16 latitudine codd., et sic
 nonnumquam 16 iuxta-18 CCCLXVIII] utriusque Mau-
 retaniae longitudo x. xxxviii m, latitudo CCCCLXVII m. p.
 Plin. 5, 21 17 tertio] quinto Letr. || mauritanie P,
 mauritania DV 19 Carthaginensis Letr. 21 Am-
 psaga Letr.

- a meridie oceano. longitudo DLXXX m. p.,
 latitudo CC: iuxta Plinium Secundum eadem mensura est.
- 3,3 Jdem dicit in sexto: Africae (ut media
 ex omni varietate prudentium sumatur computatio) efficit longitudo c trigies et quater
 et LXXVIII mil. passuum, latitudo qua colitur nusquam CCL excedit.
- 4 Mensuram Tripolitanae provinciae inter
 duas Syrtes, et mensuram Libiae Cirinaciae cum sua Pentapolitanae provincia nequaquam adhuc scriptam repperi secundum Theodosii missos.
- 4,1 Aegyptus inferior finitur ab oriente Scenitarum Arabia Trogodite, ab occidente Libia deserta, a septentrione mari Aegyptio, a meridie Aethiopia. longitudo m. pm. CCCLXIII, latitudo CLXVII, iuxta Plinium Secundum in eodem.

1 longitudo - 8 est] *Plin. 5, 25* 1 m. p. om. *PV*
 2 Secundum] *sic D, om. PV editi* 4 Jdem] *Plin. 6, 208*
 5 prudentium] *sic DP, prudencium V, prodentium editi*
cum Plinio 6 7 trigies et quater et LXXVIII] XXXVII. XCIV
Plin. || quater] quat' *V*, quat. *P* 7 mil. om. *codd.*
 10 Libyae *Letr.* 10 11 Cirinaciae *sic Walck.*, cyrinaciae *DP*, cyrinace *V*, Cyrenaicae *Letr.* 11 Pentapolitana *editi* 12 reperi *V Letr.* 15 Trogodite *Letr.*
 || Libia] *sic V*, lybia *DP*, Libya *Letr.* 16 egyptio *V*, aegeo *P* 17 longitudo - 19 eodem] *apud Plinium non inveni.*

1 Longitudinem Aegypti superioris cum 4, 2
 2 sua Aethiopia c decies et quater et semel
 3 LXX passuum, latitudinem Aethiopiae et
 4 Aegypti superioris DCCCCLVII passuum
 5 Agrippa existimavit.

6 Aethiopia ab oriente hiberno ad occi- 3
 7 dentem hibernum. meridiano cardine sil-
 8 vae ebena maxime virent. a media eius
 9 parte imminens mari mons excelsus aeter-
 10 nis ardet ignibus, Theonocemma dictus a
 11 Grecis, a quo navigatione quatruidi pro-
 12 muntorium Hesperuceras vocatur, confine
 13 Africae iuxta Aethiopas Hesperios. qui-
 14 dam et in eo tractu modicos colles amoena
 15 opacitate vestitos Aegipanum Satirorumque
 16 produnt. insulas toto eo mari et Ephorus
 17 complures esse tradidit et Endoxus et Ti-
 18 mostenes, Clitarchus vero Alexandro regi
 19 renuntiat

1 Longitudinem - 5 existimavit] cf. *Plin.* 6, 196, sed
discrepant numeri 6-19 cf. *Plin.* 6, 197. 198 6 Ae-
 thiopia] Sita est Aethiopia *Plin.* 6 7 ad occidentem]
sic editi, ab occidentem *P*, ab orientem *D*, ad orien-
 tem *V* 7 8 sylvae *Letr.* 8 ebena] *sic corr.* *P*
editi, eueno *reliqui* 10 ardent *V* || Theonocemma *editi*
cum Plinio 11 12 promuntorium] *sic PV*, promon-
 torium *reliqui* 13 hesperij ceras *V* 15 opacitate] *sic*
Letr. cum Plin., capatitate *codd.*, capacitate *Walck.* || sa-
 tyrorumque *editi* 17 18 Timosthenes *Letr.* 18 Clitar-
 chus] *sic Letr.*, clitharcus *DP*, clitharchus *V* 19 post
 renuntiat lacunam indicavi; *Plinius* (6, 198) nonnulla, a
Dicuiulo perperam omissa addit

- 5, 1 Jdem dicit in tertio: pars nostrarum terrarum de qua commemoro, ambienti ut dictum est oceano velut innatans, longissime ab ortu ad occasum patet, hoc est ab India ad Herculis columnas Gadibus sacratas, centum mil. sexagies et sexies et xxx^{ta} simpliciter triginta milia passuum, ut Artemidoro auctori placet.
- 2 Jdem post pauca dicit: latitudo autem terrae a meridianō situ ad septentriones 1 dimidio ferme minor colligitur trigies 1 atque ter et XLVIII simpliciter milia pas- 1 suum. quo palam fit, quantum et hinc 1 vapor abstulerit et illinc liquor. neque 1 enim deesse terris arbitror aut non esse 1 globi formam, sed inhabitabilia utrimque 1 incomperta esse.
- 3 Si numeremus praescriptam longitudi-

1 Jdem - 8 placet] *Plin. 2, 242* 1 tertio] secundo
Letr. || nostrarum] nostra *Plin.* 2 commemoro]
 memoro *Plin.* 6 sacratis *codd.* 7 simpli-
 citer triginta *om. Plin.* 8 arte idoro *V* 9 Jdem
 - 17 esse] *Plin. 2, 245* 10 a *om. codd.* || septentrio-
 nem editi 11 minor] *om. codd., addidi ex Plinio*
 || colligitur] colligit cum *codd.* 12 simpliciter *om. Plin.*
 14 liquor] rigor *Plin.* 16 utrimque] sic *D*, utrum-
 que *PV Letr.* 18 Si numeremus - p. 19, 8 calor]a]
 Dicui in numeris errorem bene explicavit Letronnius.
 (p. 81) quae apud Plinium (2, 242) legitur terrae lon-
 gitudo est LXXXV. LXXVIII mil. passuum, i. e. octuagies
 quinquies centena septuaginta octo (8578). Dicui autem
 numeros LXXXV et LXXVIII inter se multiplicavit, quae

1 nem ab orientali parte Indiae usque ad
 2 Gades insulas per miliaria signa, verbi
 3 gratia per lapides miliarios terminantes
 4 singuli singula, milia passuum $\overline{\text{VI}}$ et DCXXX
 5 erunt, latitudinem vero a septentrionali in
 6 australem $\overline{\text{III}}$ et CCCXLVIII , praetermissis
 7 praedictis partibus intolerabilis frigoris
 8 atque caloris.

9 Mensuratio orbis terrae finit.

10 Duodecim versus praedictorum misso- 5, 4
 11 rum de imperante Theodosio hoc opus fieri
 12 incipiunt:

13 Hoc opus egregium, quo mundi summa 1
 14 tenetur,

15 Aequora, quo montes, fluvii, portus, freta 2
 16 et urbes

17 Signantur, cunctis ut sit cognoscere 3
 18 promptum,

19 Quicquid ubique latet, clemens genus, 4
 20 inclita proles,

efficiunt 6630. terrae latitudo est apud Plinium (2, 245)
 $\overline{\text{LIII}}$. LXII m. p. i. e. quinquagies et quater centena et
 sexaginta duo. (5462) apud Dicuilum numeri LIII et
 LXII inter se multiplicati efficiunt 3348.

4 $\overline{\text{VI}}$] sic Letr., $\overline{\text{VII}}$ codd. 6 post CCCXLVIII Letr.

add. m. lapidum 7 intolerabilis D 11 impetrante V

[fieri] feliciter Meermann 13 mundi quo summa P

thoeus 15 aequora quo et montes Pithoeus 20 in-

clyta Letr.

- 5 Ac per saecula pius, totus quem vix capit 1
orbis, 2
- 6 Theodosius princeps venerando iussit 3
ab ore 4
- 7 Confici, ter quinis aperit cum fascibus 5
annum. 6
- 8 Supplices hoc famuli, dum scribit pingit 7
et alter, 8
- 9 Mensibus exiguis, veterum monumenta 9
secuti, 10
- 10 In melius reparemus opus culpamque 11
priorem 12
- 11 Tullimus ac totum breviter compendi- 13
mus orbem: 14
- 12 Sed tamen hoc tua nos docuit sapientia, 15
princeps. 16
- 5,5 Non debet mirari quod in primo loco 17
septimi et octavi versus istorum amphi- 18
machrus scriptus est, quoniam ut reor non 19
imperitia sed auctoritate aliorum poetarum 20
et maxime Virgilii, quem in talibus causis 21
noster simulavit Sedulius, qui in heroicis 22
carminibus raro pedes alienos ab illis po- 23
suerunt. 24

1 saecula V 5 confici ter] conficitur V, conficiet Pi-
thoeus || fastibus Letr. 7 supplice Pithoeus 9 mo-
nimenta PV 11 reparemus Letr. 13 tollimus Letr.
13 14 comprehendimus PV 18 versus] versuum Meer-
mann 18 19 amphimachus Letr. 19 ut] id Meer-
mann 20 impericia V, imperitia P

1 Juxta Plinium Secundum numerorum 6, 1

2 **L**oca quae in prologo praedixi relinquere

3 **V**acua, repertis illis supplevi. sed si quis-

4 **Q**uis meliora exemplaria invenerit, videat

5 **S**i placuerit ne piger corrigere fuerit.

6 .Plinius Secundus in quinto de flumine 2

7 **N**ilo haec narrat: proxima Africae colitur

8 **A**egyptus introrsus ad meridiem recedens,

9 **C**onec a tergo praetendantur Aethiopes.

10 **I**nferiorem eius partem Nilus dextra leva-

11 **Q**ue divisus amplexu suo determinat, Ca-

12 **N**opico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco,

13 **CCLXX** milium passuum intervallo. quam

14 **O**b causam inter insulas quidam Aegyptum

15 **R**etulere, ita se findente Nilo ut triquetram

16 **T**errae figuram efficiat: ideoque multi gre-

17 **C**ae litterae vocabulo Delta appellavere

18 **A**egyptum. mensura ab unitate alvei, unde 3

19 **S**e primum findit in latera, ad Canopicum

20 **O**stium **CLXVI** passuum, ad Pelusiacum

21 **CLXVI** pass. summa pars contermina Ae-

22 **T**hiopiae Thebais vocatur.

2 in prologo] *cf. prol. 4* 7 proxima-22 vocatur] *Plin. 5, 48* 7 incolitur *Letr. cum Plinio* 13 **CCLXX** milium] *sic dedi, CCLXX codd., CCLXX milia Walck., CCLXX millia Letr.* 15 retulere] *retule DV || ita] in V || ut triquetram] sic editi, utrumque iam codd.* 16 multa] *multa DV* 17 appelluere *P*, appellauere uere *?* 19 ad] *et DV* 20 ostium *D || CLXVI] OXLVI Plin.* 21 **CLXVI**] *CCLXVI DV || post CLXVI pass. Plin. add. est*

- 6, 4 Nilus incipit crescere a luna nova, 1
 quaecumque post solstitium est, sensim 2
 modiceque cancrum sole transeunte, abun- 3
 dantissime autem leonem, et residit in vir- 4
 gine isdem quibus accrevit modis. in to- 5
 tum autem revocatur intra ripas in libra, 6
 5 ut tradit Herodotus, centesimo die. quo 7
 c̄rescit, reges aut praefectos navigare eo 8
 nefas diiudicatum est. auctus per puteos 9
 mensurae notis deprehenditur. iustum in- 10
 crementum cubitorum XVI est. minores 11
 aquae non omnia rigant, ampliores detinent 12
 tardius recedendo. hae serendi tempora 13
 assumunt solo madente, illae non dant 14
 sitiēte: utrumque reputat provincia. in 15
 duodecim cubitis famem sentit, in XIII esurit: 16
 XIII cubiti hilaritatem afferunt, XV securi- 17
 tatem, XVI delicias. maximum incrementum 18
 ab hoc aevo fuit cubitorum XVII Claudio 19

1 Nilus—p. 23, 6 auras] *Plin. 5, 57. 58* 1 a om. *Plin.*
 3 modice quae *P* 5 isdem] *sic DP*, hisdem *V*, iis-
 dem editi cum *Plin.* 7 quo] cum *Plin.* 8 aut] *sic*
Letr., autem *codd.*, autem et *Walck.* || praefecti *DV*
 9 indicatum *Plin.* 10 deprehenduntur *Letr. cum Plin.*
 11 est om. *P* editi; *Plinius* ponit ante cubitorum 13 hae
 serendi] *sic Letr. cum Plin.*, herendo *codd.*, haerendo
Walck. 14 apsumunt *Plin.* || non dant] inundant *V*
 15 utrumque] *sic Letr.*, utrimque *codd.* || reputatur *P*
 16 post XIII *Plinius* addit etiamnum 17 cubita *Plin.*
 18 increm||||| *D* 19 ab] =d *D*, ad *Letr. cum Plinio*
 [hoc] h|||| *D* || aevi *Letr.* || XVII] XVIII *Plin.* || Claudio]
 Cl||||| *D*

1 principe, minimum v Farsalico bello, ve-
 2 luti necem Magni prodigio quodam flumine
 3 aversante. cum steteret aquae, apertis mo-
 4 libus admittuntur: ut quaeque liberata est
 5 terra seritur. idem amnis unus omnium
 6 nullas expirat auras.

7 Julius Solinus in collectaneis de eodem 6, 6
 8 Nilo nuntiat: Aegyptus ad meridiem in-
 9 trorsus recedit quoad praehendunt Aethio-
 10 pes a tergo. interiorum eius partem Nilus
 11 circumfluit, qui scissus a loco cui Delta
 12 nomen est ad insulae faciem spatia am-
 13 plectitur interamna et incerto pene fonte
 14 decurrens proditur, ut loquemur. originem 7
 15 habet a monte inferioris Mauritaniae, qui
 16 oceano propinquat. hoc adfirmant punici
